Itē ex quo iudex eligit industriā ⁊ fidelitatem tabellionis vel duaz p̄sonarū nō videt q̄ extraneo id omittere possit sine iudicis auctoritate ad hoc. c. si. s̄ his aut. de offi. dele. h̄ pro dicto Inno. qd̄ est nō. ⁊ menti omentandū facit sing. c. inter dilectos. ⁊ de si. instru. vbi vī casus a otrario iudicio meo ibi enīz p̄dērat q̄ tota scriptura instrū erat vni⁹ manus ⁊ subscriptio erat alteri⁹ man⁹. h̄ nec tarius in subscriptione dicebat q̄ totū ppria manu scripserat ⁊ h̄ erat iudiciū falsitatis h̄ sec⁹ si nō dixisset q̄ ppria māu scripserat ⁊ sic inuit q̄ p̄ aliū scribere p̄nt dūmō ipse se s̄scribat auctoritatē prestando ⁊ de h̄ ibi dicā lati⁹.

Itē facit p̄ Inno. qz nō qualitas scripturę h̄ fides notarij est electa que satis h̄ ex s̄criptione ex quo attestat de predictis fuisse rogatus. ¶ Nō tñ ex p̄mo dicto Inno. q̄ vbi plures notarij ex forma statuti requirūt ad certū adū nō ē necesse q̄ oēs scribāt gesta h̄ sufficit scriptura vni⁹ cū s̄criptione alteri⁹ seu alioz qd̄ tene menti. ¶ Quero hic vltari⁹ us qz dī hic q̄ dñt scribi testiu⁹ depositiones quid de iuramentis ipoz testiu⁹ dicit Jo an. q̄ scribi dñt cū p̄cedūt ipoz testiu⁹ depositōes. ⁊ de testi. fraternitatis. in fi. idem dic de iuramento calūnie licet tacite possit obmitti. i. c. i. de iur. calum. li. vi. ⁊ idē eadem rōne dic de toto p̄cessu iudiciali vt probat i. tex. ibi vni⁹ uersa iudicij acta s̄scribāt. ⁊ ibi nec pro ipius p̄sumat p̄cessu. ⁊ c. ⁊ hec faciūt ad qd̄ nōz nō. quid si iudex repperit testes vacillare seu trepidare ita q̄ fides integra non sit eis adhibenda iudicio iudicis nunquid h̄ debeat redigi in actis Inno. hic valde nō. dicit q̄ debet is qui testes receperit ⁊ dicta acta redigit scribere seu scribi facere fm suā sanā estimationē quāta sit eis fides adhibenda ar.

Itē. i. cū causam q. ⁊ c. ostendit. de fideiussor. i. in fi. ⁊ nisi h̄ apponat tale periculuz fm eum poterit accidere q̄ quīs iudex qui p̄us fuit in testiu⁹ receptione ⁊ nouit ipoz vacillare bonā sniam ferat ostra ipoz dicta testiu⁹ tam iudex supior qui p̄ appellationē vel alio mō agnoscer ferat sniam iniustā fm dicta testiu⁹ reuocādo iustā sniam ⁊ h̄ q̄a vacillationem ignorabat ⁊ sic sibi nō poterit imputari ar. de si. instru. cū iohānes. ad si. ⁊ ille p̄ cui⁹ negligentia h̄ accidit etiā in foro aīme p̄nt sibi tūmere fm Jo an. cū lesus sit primus su⁹ p̄pter culpā suā q̄a nō adhibuit diligētiam quā in officio suo adhibere debuit facit. c. ad si. et de offi. archy. ea que ⁊ negligentia que in p̄rio facto culpāda ē in alieno ē vituperāda. ff. so. ma. l. si ostente. s̄ h̄ maritus. ⁊ nō h̄ p̄re diā q̄a infert q̄ nisi snia in cā appellatōis iustificet ex actis ē retractāda nec ē p̄sumendū iudicē fuisse motum ex aliqua cā ad n̄ seq̄m acta ⁊ depositiones testiu⁹ otrariū tñ vī inuere. c. causaz. ⁊ de re iudi. ⁊ dōd. ibi h̄ vide qd̄ ibi dicā. nam placet mihi h̄ dictū Inno. hic p̄. c. cum ad sedē. de testi. spo. ⁊ per nō. in. c. in p̄ntia. de renū. ⁊ nō. qd̄ dicit Jo an. de testi. tutione in foro aīme dic vt pleni⁹ s̄. remisi. ⁊ dicit s̄biungit etiā circa h̄ Inno. q̄ h̄ac vacillationē seu variationē debet receptor testis facere describi audiente ipō teste ⁊ sic sit illi otradicēdi facultas. partē aut nō o3 esse p̄ntem fm eū nec de eo aliqd̄ scire donec p̄cessus sit publicat⁹ ne p̄pter ipi⁹ otradicōnem ipediāt causaz p̄cessus nec mirādū f̄m eū si testiu⁹ p̄ntia requirit ⁊ ipius otradicō audiat qz sua interest cū p̄ h̄ sit puniend⁹ vt ⁊ de penis. sup̄ his. ⁊ l. nullū. C. de testi. nec ob. c. cū dilectis. ad si. vbi nulla pena ingerit testi. q̄a ibi testis ex pprio dicto nō cōuincit sicut in cāu n̄fo h̄ absens p̄ alios testes repbat. ¶ Nō bene hoc dictū q̄ in casu. c. cū dilectis. i. si. nulla pena testis punit cū reprobaf absens p̄ alios testes ⁊ adduco. c. i. de excep vbi p̄batur p̄ verbū sufficit. ⁊ ibi dico lati⁹ ⁊ dixi in d. c. cū dilectis. nā ex variatione seu vacillatione punit soluz pena extraordina ria vt sentit glo. in d. l. nullū. ⁊ clari⁹ bar. in l. infamē. C. de publi. iudi. vī tñ aliquibus et nō male fm Inno. q̄ etiā teste abñte et penitus ignorante h̄ scribi possit qd̄ satis plz hosti. tū ne p̄ ipm̄ testē secreta iudicij reuelēt ante attestatiōnū publicationē cōtra. l. vbi. C. d̄ sal. tū ne ex h̄ rācores. odia. litigia. vel bella oriant que etiā vitanda sunt. ff. de usufruct. l. equissimū. tuz ne ex hoc qd̄ occultum est ifametur testis. ar. vi. q. i. ex merito. et. c. deteriorēs. tū q̄a solus iudex et nō ali⁹ habet motū sui animi informare. ff. de testi. l.

in. 7. l. ob carne. hec dicit vera Jo. an. dūmō
nullā penā iudex testi infligat vel infligere i/
tendat als seruet qd dictū ē. ¶ Nō bene pre
dicta ad intellectū. l. nullū. C. de testi. 7. c. i. de
excep. qñ aut v3 facere vacillationē describi
dicit Inno. qñ nisi faciat describi dū testis te/
stimoniu suū pfert postea scribi nō faciet nō
credetur in hoc ei. h. pl3 hosti. quādo ex eo in
tenderet testes punire vel qñ illud scriberet
post magnū interuallū. als si h. vult abscon
dere ipi testi nil scribet eo pñte. h. ex quo ille
eruit incōtinenti 7 anteq̄ ali' intrōmittat l'
ad alia diuertat. ar. 7. ti. n. c. preterea. ¶ Sed vi
ces tu si predicta sint vera certe dat ex h. tan
ta potestas iudici q̄ quasi semp poterit ad
velle suū iustificare vel odemare dicit ho
sti. esto q̄ sit sic tamē hoc facere si poterit sine
gravi pena de re iudi. c. i. li. vi. dicit etiā q̄ p
sumptio est pro iudice de procu. in nostra. de
prebē. nisi de prescrip. ad audientia. cū filib'.

¶ Sed circa hoc querit nūq̄ tabellio debz
scribere hanc vacillationē si ipam nō dep̄hē
dit Inno. pmo dicit videri q̄ nō debet hoc i
adīs scribere nisi p' ipse bñ videat 7 agnoscat
q̄ vacillet refert alios dicere q̄ si solus iudex
dicat in receptione testis testē vacillasse q̄ si
bi credēdum ē 7 tabellionē h. debere scribere
ad mandatū iudicis etiā si ipse tabellio nil d
titubatione vel vacillatione perpēdat. p̄mā
rō est quia tabellio nō h3 auctoritatē i teste3
recipiēdo s̄ in scribēdo tñ. ¶ Iudex vero h3
auctoritatē exānandi etiā 7 vinculādi ipos
testes seu aliter puniēdi si sibi videbit vt in
iurib' pall. 7 in tormētis ponere. ff. de q̄stio.
p totū. 7. de reg. iur. cū in contemplatione. 7. i. c.
i. de depo. ¶ Alia rō qz iudex supior est vñ ma
gis tabellio iudici q̄ ecōtra credere debz.

¶ Tercia rō melior qz tabellio circa scripturā
intētus nō pōt ita p̄cipe titubationē vel va
riationē faciei ruborē pallore vel mutatiōez
sicut iudex l3 ei ipse iudex videt semp tñ pōt
oculos ad testē h̄re. g. ei magis credendū ē
qui veritatē nouit. qui ma. accu. poss. c. vide
tur. 7 facit fm hosti. qd nō. in sūma. de testi. s.
quis possit esse testis sub. s. 7 cū cā. h. h3 autē
pōt tñ tabellio cū bona scia sic scribere fm
Inno. Et iudex mihi tabellioni dixit vt scri
berē q̄ testis vacillabat h. efficacior esset scri
ptura si adderet 7 sic mihi videt q̄ vacillar3
7 h. sic se h3 veritas. nō aut debet hoc dicere
si sibi nō videt 7 debent quātū pñt cū verita
te tñ exp̄mere vacillationē 7 h. diligēter nō i
practica. Hēs enī ex predictis quatuor p̄ an
iudex debeat scribere vacillationē 7 quid si
nō scribit. 2. an debet scribi ipso teste vel pte
audiēte. 3. an debet scribere imēdiate v̄ter
interuallo. 4. quid si notari' vacillationē si

deprehēdit vel sic 7 multa alia bona dca iei/
denter. ¶ Quero vltari' de qōne quortōia
na 7 notabili d̄ hic q̄ instrū ediciones deſit
describi nūquid sit opus ampli' ipa origina
lia parti edere vel in iudiciū producere. ¶
¶ Querte ad quedā vba notabilia Inno. dicit
enī hic q̄ ex quo p̄ducta sunt instrumenta in
dici vel etiā corā alio de ipius mādato 7 ex
emplata extūc nō agit ad edicionē instrōu
p̄prio3 ad q̄ nisi raro agi nō pōt h. agitur ad
edicionē adoz ad que semp agi pōt vt nō. s.
e. c. i. p̄ma enī instrū trāllata sūt in acta 7 idē
ē fm eū si nō sunt exēplata h. tñ scriptū est in
actis talis produxit instrū cui' p̄ncipiū ē ta
le 7 finis talis. nam extūc illud instrū v̄ e'
tenoz in actis cōputādu3 est p hoc dicit q̄
dam fm eū q̄ etiā Rptū procuratiōis 7 dele
gationis inferendū ē in actis. Joē tñ Inno.
fate3 h. vtile eē 7 tūc si h. nō inferat post lid.
cresta. nō op3 procuratorē probare mādātū
ex quo admissus fuit vsq̄ ad lid. od. ff. de pro
cur. l. pōponius. s. rarihabitio. nec iudex omis
sionē sibi factā probare tenet post lid. cōl. sed
postmodū Inno. a predictis recevit dices v̄
dic 7 meli' q̄ debet probare bene Rptū omis
sionis 7 procuratiōis exhibita3 in iudicio ex
scriptā i actis. h. nō tenetur mōstrare ipa ori
ginalia nec tenorē eoz probare sed si nō sūt i
actis scripta eū probare oportet sicut enī hic
inuitur satis expresse. sufficit ei in actis cōti
neri talis exhibuit Rptū aplicū 7 procurati
onē suā ne aut ē necesse tenorē inferi. 7 idem
dicit de delegationib' 7 s̄delegationib' hec
sūt vba Inno. que diuido i duas qōes. p̄ma
an instrūta sel produca 7 exēplata sint de
nuo producēda. an vero sic scripta faciant fi
dem. secunda an post lid. cresta. teneat cura
tor docere de mandato v̄ iudex de sua iuris
dictione. ¶ Ad primā vides qd voluit Jun.
excludit enī q̄ non tenet docere etiā ad ple
num exemplata nō sūt h. in effectu vt si dicit
talit3 produxit instrūmētū pcuratiōis. 7 c. id
i effectu voluit hosti. hic l3 multa vba inserat.
sed adduco i contrarium singulare dcm Inno.
i. c. cum i iure. de offi. dele. in fi. vbi dicit no
tanduz q̄ qñ offertur i iudicio instrūm procu
ratiōis vel aliud file l3 oblatō sit de actis nō
tñ tenoz instrū vñ nisi als solēniter publice3
semp op3 ostendi originale 7 hāc opi. recitat
7 sequi v̄ spe. de instrū. edi. s. nūc dicam. s.
illud 7 de instrū. presen. in prin. s. his igit. et
s. h. obicitur. ¶ Concordare has opi. h. mō q̄
aut instrū non fuerunt lecta pte pñte nec au
doritare 7 mādato iudicis exēplata h. solus
notari' h. fecit 7 tūc sola p̄ductio de actis est
7 nō tenore exemplat' tū qz ter. hic solū dicit
scribendas p̄ductiones instrō3. tū qz nōri'

solus nō pōt audēticare scripturas de qbus
 ipse pncipaliter nō fuit rogat. vt in. c. pe. et
 vl. de si. instru. vide bo. glo. 7 docto. i. c. abba
 te. de v. sig. in v. fiat fides. facit auc. si quis i
 aliquo documēto. **E.** de eden. Aut infra su
 erūt exhibita pte pntē 7 iudice plegēte 7 ex
 amināte an sint sine vicio 7 mādāte postmo
 dum ea in adis redigi 7 hz locū opī. Inno.
 hic ad h iura supius all. nō. tñ ex dicto Inno.
 7 insup hosti. qz lz infra delegatōis vel pcur
 rationis non sint exhibita in iudicio nihilo
 min⁹ probari pnt per originalia qz illa non
 sunt de adis iudicij qd nō ad pōicta etiā faē
 c. cū plone. de priui. li. vi. 7. c. ottingit. de si. in/
 stru. **V**enio nūc ad secundā qōnez an p
 lid. ad. teneat pars docere de pcuratorio vl
 iudex de sua iurisdicōne vidisti Inno. h po
 nentē duas opiones detriarias h i vltima vt
 non teneat p lid. ad. probare pseuerare vñ h
 iplemet Inno. in. c. inouit. de eo qui fur. or.
 rece. approbare videt primā. dicit enī q post/
 qz ps paruerit iurisdicōni alicuius vsq ad
 lid. ad. h postea opponit de iurisdicōnis de/
 fectu sibi incūbit onus pbadi ar. l. fi. de pba
 7 d. s. rati. vide tu de h bonā glo. modificatē
 dictū Inno. in. c. i. de elec. li. vi. in v. abntia. in
 fi. 7 remitto te etiā ad ea q plene nō. in. l. liz.
E. de procu. vbi p glo. 7 doc. 7 inter ceteros
 bar. ibi ad plenā idaginē distinguit sic q ex/
 ceptio procuratoria ē qntuplex. qñq enī op
 ponit tu nō potes esse pcurator. qñq oppōit
 iste qui te stituit nō potuit te stituere pcur
 ratorē. qñq opponit ex nā cē nō potuit cōsti
 tui pcurator. qñq opponit extra pcuratorē
 q nō cauit. qñq opponit contra procuratorē
 tu non es procurator 7 in h vltimo cōstitit
 pprie mā nra. **P**ria exce ptio q opponit ra
 tiōe plone procuratoris. aut plona est talis
 q neq pro se neq pro alio pōt esse in iudicio
 vt seru⁹ in causis ciuilib⁹. 7 pōt opponi quā
 docūqz qz reddat iudiciū retro nullū. l. n. si. ff.
 q satisfā. co. **C**redo tñ q opponētī semp incū
 bat on⁹ pbandi qā quilibz presumit ltim⁹. c. si
 d. psump. 7. l. i. ff. de pcur. 7. c. i. de testi. cū ibi
 nō. qñq pōt eē in iudicio p se h nō pro alio vt
 mulier. miles. mīoz. 7 filis 7 tūc d3 opponi an
 lid. ad. vt. l. ita. demū. **E.** de procu. 7 nō. in. c. i
 nra. e. ti. **2**o. opponit exceptio de plona cōsti
 tuente 7 de h nō. in. l. nō eo min⁹. **E.** de eo. ti.
3o. oppo. rōne cē vtrputa in cā criminali in q nō
 interuenit procurator 7 dic vt plene nō. in. c.
 veniens. de accu. 7 in. c. i. de iudi. li. vi. 7 in. l.
 pe. s. ad crimē. ff. de pub. iudi. **4**o. opponit de
 caucione nō prestita 7 ista d3 opponi an litis
 ad l. pomponi⁹. s. rati. preall. **Q**uinta ē ex/
 ceptio tu non es procurator. 7 est mā nra. 7
 ista qñq opponit ab eo cōtra quē pcurator

litigauit. qñ p opponit ab ipso dño cui⁹ noie
 litigauit procurator. p cāu siquidē ab iudicio
 cōtendit de mādato nec decidit h ppter du
 biū pcuratōis admittit cū cautōne de rato
 7 tūc nō pōt hec exceptio vlteri⁹ opponi nisi
 opponēs incōtinētī h pbaret. vt. l. inter qz s.
 aliena. ff. de dā. infec. **Q**ñq disputat de man
 dato 7 iudex pnunciat eū pcuratorē ltimū
 7 de cetero non pōt opponi. ar. in. l. n. **E.** si ex
 fal. instru. 7 qd nō. in. l. licet. s. eo. **I**dem si in
 strumentū pcuratoris fuit in iudicio produ
 ctū 7 approbatū vt nō. hic Inno. h ego h itel
 ligo vt s. dicit. h dō de h nūq fuit agnitū. nō
 disputatū vtz haberet mādātū vel nō 7 tūc
 pōt opponi qñcunqz fm eum qā hec exceptio
 reddat iudiciū retro nullū de procu. in nra.
 7 sic nō ob. retardatio cū reddat ad. lid. inua
 lidā. dicit tñ q vbi cunqz. l. dicitur ē q postqz ē
 determinatū q est procurator opponi nō pōt.
 h vtz nisi opponens velit in se assumere on⁹
 probadi istā negatiuā quā posset pbare pro
 bando mādātum reuocatū vel instrū falsū
 7 sic in h vñ sentire cū hac vltia opī. Inno. 7
 p hac opī. e. adduco q cū singlī ad iudicia/
 les sint disticti 7 sepati 7 defed⁹ iurisdicōis l
 procuratoris ocludet i quolibz adu lz iste
 nō apposuerit 7 preiudicauerit sibi in aliqb⁹
 nō tñ sequit q in omibus teneat 7 debz sibi
 p iudicare. vide doct. in fili. in. c. nō nulli. de
 Rtd. 7 nō gl. in cle. sepe. de v. signi. in v. ptib⁹.
 quā oīno vide. fateor tñ q opī. glo. in d. c. i. d.
 elec. li. vi. ē multū equa. h iure nō pbat. **V**
Ultimo casu qñ opponit exceptio falsi pcur
 ratoris ab ipso dño cui⁹ noie agit. dic q sep
 h pōt dicere nisi doceat de mādato 7 p hoc
 ter. in. c. in nra. de pcur. adde nō. p Inno. 7 ali
 os in. c. ex pte decani. de Rsp. **V**ltimo hic
 querit quare in fine dñ q nō psumit p iudi
 cis pcessu nisi qtenus stiterit ltimis docu
 mētis q sunt ipsa ltimā documta. sol. Inno.
 dices q lz ipa a dā nō scribant p tabellionē
 vel p duos viros idoneos v3 tamē si possūt
 pbari p ofessionē ptū vel p testes vel alio⁹.
 et nō qd dicit de ofessione ptis ad h allego
 ter. sing. in. c. si. eo. ti. vbi dicā hosti. sequit
 Inno. qā applone documētoz stinent testes
 ff. de si. instru. l. i. et in c. puenit. ti. n. Hof. ta
 mē dicebat q h appellabāt ltimā documta
 ea q sūt ofeda p tabellionē vel duos viros
 idoneos. vtrūqz didū pōt diūgi iudicō meo
 et dicam⁹ q assertioni iudicis nō ē standū et
 ad hūc finē emanauit hec constō vt pz i pn.
 h oz q pbant a dā p ltimā documta. q sūt ltimā
 documta dico q oēs pbatōes ltimē et sic satis
 fem ē mētib⁹ stōnis. **E**t ex h decidit qd nū/
 quid sufficiāt lre iudicis saltē cū sbscriptōne
 dic vt plene dixi in. c. post cessionē. de proba.

Quam causam casus
 fines dpocef probant p libros
 antiquos adminicula testes 7 fa
 ma. ois diuisio scda ibi madam. **N**o ibi p
 libros atiquos p. 7c. ter. valde nobile q li
 bris istis antiqs ecclesiaz credit i pbandis
 finibus diocehis vel prochiaz 7 ioe ofimili
 rone vr dicendu in alijs que sut modici pre
 iudicij 7 dic vt plenius i. dicam cuz glo. i. et
 nimiz. na hec probant p vba enuciatiua co
 tenta in aliqua scriptura auc. vt est gl. no. i.
 c. cu olim de cesi. **N**o z. ibi teste q fines di
 ocesis pnt pbari p testes. **E**z aduerte cu ter.
 iste loqtur in facto valde antiq vt ptz p illa
 vba libros antiqs. 7c. et illa fama. 7c. vr in
 telligendus iste ter. de testib? deponetibus de
 auditu 7 coi opione na sca sic antiquata de
 quoz inicio memoria no existit pbant p tie
 testimoniū de quo plene p Inno. 7 hosti. in. c.
 venies. de v. sig. li. vi. 7 p glo. si. de prescrip. c.
 vlti. li. vi. dicet eni i vi q semp viderit fines
 h? diocef ptedi vsq ad tale locū 7 nunq au
 dierit dici detariū. 7c. put no. in iurib? pal
 7 h in termis nris tenet Archi. in. c. iter. xvi
 q xvi. fcit. l. hoc iure. s. ductus a que. ff. de iur.
 aduq p riuu. **A**ltimo no. q diuerse spes
 pbationis que p se no sufficiunt diungut et
 imiscnt ad faciendā plenā pbationē 7 sic hz
 locū illd vulgatur q no plunt singla multa
 collecta iuuat et qdodie ad h allegat. c. istud
 facit optie. l. in. ff. de testi. 7. iij. q. in. si testes.
Ez itellige 7 limita vt dicā sup gl. si. **S**lo.
 i. colligit vnu nobile ex ter. 7 postmodū ane
 dit msta filia. p? colligit q scriptura atiqz li
 broz facit fidē allegat. c. ad audientia de p
 scrip. vbi hēt de libro cesuali scdo adiuige a
 lia similia de qb? in gl. hosti. 7 Jo an. i. si. gl.
 dicūt q lz glo. ponat spes plurimas scriptu
 raz n tū oēs distributiue faciūt plenā fidē.
 s illa solūmō que refuata sūt sb custodia pu
 blica 7 fideli. **A**lie do no faciūt plenā fidē lz
 admiculent qd eni si repit scriptū in a quo li
 bro ecclesie q dom? talis vel vinea dz soluē
 certū censuz an hoc pber arbitrabit bonus
 iudex ofiderat. iurib? pcedit. **N**ā forte iam
 sūt centū ani q sacerdos potuisset scribē q to
 ta puincia vel prochia erat ecclesie no g? dz
 tali scripture defacili credi sine alijs admini
 culis ar. c. i. de si. instru. **N**o. bñ hec dicta
 doc. h examiemus nūc pleni? glo. p? eni dicit
 q scriptura antiquoz libroz facit fidē. hosti
 7 Jo. an intelligūt h pcedere in libris refua
 tis in custodia publica 7 fideli. 7 pro hac re
 stridōne optie facit ter. in d. c. ad audientia. 7
 dicūt ibi doc. q satisfaciūt fidē si repiunt in
 in camera Cardinalis vel Epī. **E**go hec di

ca no admittere idistinde. qd eni si epus pre
 tendes aliqd castrū p aliū detentū ptine ad
 ecclesā suā scripsit in libro aliquo ecclesie il
 lud castrū ptinere ad ecclesā 7 successiue ml
 tis tpi? ille liber fuit detent? in camera epī
 dicem? ne q pbabit dñuz castri cū grauissi
 mo p iudicio possessoris o tra. c. cū inter vile
 dos. de si. instru. vbi no credit atiqsimis pui
 legns ecclesie si sigilla ofumpta sūt vel enoz
 mē fracturā patiunt. dico g? q a agit de nul
 li? p iudicio 7 tē scripture libroz audēticoz
 l scripture lapidū faciūt fidē. qz tūc sufficiūt
 pbatoēs no plene. ita itellige qd no. h i glo.
 7 in. c. sane. n. xiiij. q. n. 7 apte no. Inno. sup
 Rca de ofecra ecc. vel alta. pone exē? si dubi
 tat an ecclesā fuit ofecrata vel infās bapti
 zar? vel qd simile. idē puto vbi factū ē antiq
 simū 7 agit de modico p iudicio ar. optimuz
 ex isto ter. 7 pōt dici hīc expssum. no eniz mā
 dat hīc de libris reptis sb custodia publica
 7 fideli h indistinde p libros antiquos. 7c. qz
 cū agit de modico p iudicio nec ofat iteresse
 buriale no ē verisile q qs scripserit falsū. vel
 q illa scriptura tāto tpe fuisset tolerata si n
 cōtinuisset veritatē. modicū autē ē p iudiciū
 an habeat iste epatus vel ille ar. c. cū aposto
 lica. de his que si. a prela. **Q**ūq agit de ma
 gno p iudicio 7 tūc aut ē talis liber vl scri
 ptur 7 cui ab atiquis nostris cōiter creditū
 ē vel repitur in loco vbi solū referuāt scrip
 re audētica 7 faciūt plenā fidē vt ē ter. nobi
 lis in d. c. ad audientia. de p scrip. facit. l. cel
 sus. ff. de pba. nōt bar. in. l. i. ff. si cer. pe. **E**t
 er his infero q istis libris historialibus seu
 cronicis qbus a maiorib? nris fides cōiter
 adhibita ē credere dēm? no. bar. in d. l. i. vid
 bonā glo. in. c. iter dilectos. de si. instru. in ver
 bo mag. 7 in. c. venerabile de eled i vbo trās
 tulit hinc etiā est q dicta Aristotelis **I**po
 cris 7 similiū fidē faciūt qz cōiter in omibus
 studijs recepta sunt ad hec. l. septimo mēse. ff
 de sta. ho. 7. l. si p. ff. de solu. nō. **B**ar. in d. l. i.
 aut ē talis liber seu scriptura cui cōir a ma
 iorib? nostris creditū no est nec repitur in lo
 co vbi seruātur scripture autētica 7 talis scri
 ptura seu liber facit admiculū seu psumptō
 nem no aut plenā pbationē. hec pbant a cō
 trario in d. c. ad audientia. 7 fuit de mēte **I**n
 no. in loco p allegato sup Rca de ofecra. ecc.
 vel alta. quā sic itelligo 7 vide ad māz quod
 no. glo. in d. c. ad audientia. et in d. c. habeo.
 xvi. dis. z. dicit ista glo. q credit instrō pou
 do ex archiuo publico allat msta iura. 7 est
 archiuus loc? i q reponūt scripture publice
 7 facit p hoc dicto. c. i. s. e. 7. c. ad audientiam.
 pall. z. dicit glo. q creditur scripture scripture
 in aliqua colūna vel lapide itellige hoc vt

dixi in nō tendētibus in alicui' p̄iudiciū fa/
ciant plenā fidē. In alijs v̄o admiculant' s̄m
qualitatē loci v̄bi repitur 7 fm q̄titatē p̄iud
diciō d. c. sane. plenā autē fidem nō faciūt vt. l.
monumētōz. C. de reli. v̄bi dicit q̄ scripture
monumentōz seu sepulcra non pbant p̄prie/
tatē ip̄ius. 7 dicit de itelledu hui'. l. vt ibi ple
ni' nō. **¶** Ultimo dicit glo. q̄ scripture q̄ olim
fiebant in albo p̄toris fides adhibebat' erat
olim loc' dealbar' ante hostiūz p̄toris quo p̄
scribebant' p̄toris edicta 7 vide de hoc tex. iū
da glo. in v̄bo de albo. in cle. i. de iudi. **¶** Ex
his h̄s plene declaratiō p̄mā glo. **¶** Glo. n.
colligit q̄ p̄ testes v̄triusq̄z p̄ochie p̄nt p̄ba
ri fines diocef. 7 p̄ famā. dicit tñ q̄ fama ple
ne nō p̄bet h̄ admiculat'. Nō bñ glo. qz vult
p̄ famā solā finē diocef nō p̄bari. Archi. in h̄
ñ firmat pedes in. c. plures. xvi. q. i. 7 vide p̄
eū de mā hui'. c. in. c. inter memoratos. xvi. q.
iñ. Tu dicit plene an 7 qñ fama plene v̄l semī
plene vel nihil probet vt nō. bar. in. l. de mio
re. s̄ tormenta. ff. de questi. dicit in. c. veniēs.
el. i. q. ti. p̄torio. **¶** Glo. vltia colligit q̄ admi
nicula etfi nō plene pbent coadiuuāt tñ ple
nas p̄bationes. ex quo colligit illud que nō
plunt singula. 7. **¶** S̄z circa h̄ quero v̄tz h̄
fit v̄z indistite vt p̄bationes ip̄fede cōiun
gunt' ad faciendā plenā 7 p̄fectam p̄bationē
v̄r q̄ nō. videm' ei q̄ testes singulares nihil
probāt in. c. cū dilecti. de elec. 7. c. licz. s̄. eo. et
multa ip̄fecta nō faciūt vnū p̄fectum vt in
c. q̄runda. cū glo. i. xxij. di. **¶** So. aut p̄batōes
diuerse tendunt ad vnū s̄ ad diuerfa. p̄ cāz
sūt omiscibiles. etfi sūt sufficiētes ad iudiciis
aium iducendū ad plenā credulitatē iducit
etiā ad plenā p̄bationē. Iux' ea que dixi in. c.
tercio loco. s̄. eo. 7 h̄ p̄cedit siue iste p̄batiōes
sūt eiusdē gñis vt in duob' testib' siue sint di
uersi gñis vt vn' testl. cum fama iuxta nō. in
c. i. de appella. 7. c. veniēs. i. ti. p̄ri. Et hoc i ca
su quo fama scit semiplenā p̄bationē qd qñ
fit dicit in p̄alle. c. veniēs. **¶** Idē in alijs p̄sū
ptionib'. c. 7 admniculis d̄currētib'. cum
vno teste de visu v̄l pluribus de credulitate
vt hic 7 p̄bat' etiā in d. l. iñ. ff. de testi. q. iñ. q.
iñ. si testes. 7. c. cām que de re iudi. 7 dixi i d.
c. tercio loco. In scdo cāu cū tendūt ad diuer
sa tūc nō sūt omiscibiles ex' in plurib' testib'
singularib'. **¶** Idē v̄r si aliqui testes deponunt
de mutuo h̄ nō p̄fede 7 aliqui de p̄fessioe mu
tui etiā nō p̄fede ut nō diūgant' ad faciendāz
plenā fidē qz mutuū 7 p̄fessio sūt diuerfa nez
tēdūt ad faciē' vnū totū cū sepe sit vnū sine
reliq' ad h̄ qd le. 7 nō. i. l. n. s̄. i. ff. de excu. eu. 7
l. i. c. qñ. muli. offi. tute. s̄. scit dcm. c. l. s̄. eo.
hec sūt de mēte bar. in. l. i. s̄. cornelio. ff. de q̄st.
7. l. admonendi. ff. de iureiur. 7 Cal. in. c. v̄s

ens p̄alle. **¶** Nūc ergo extra glo. op. 7 videt'
q̄ ad ista admicula nō sit recurrēdū in diuī
sione diocef h̄ defendend' est possessor donec
plene fuerit p̄batū de p̄prietate p̄ otrariāz p̄
tem. l. si. C. de p̄ba. nec possessor d̄z artari ad
docendū de titulo sue possessiois. n. q. v. i. p̄n.
7. l. cogi. C. de peti. here. 7. c. ex l̄ris. s̄. e. **¶** Ex
dictis Inno. 7 alioz p̄t triplex solutio collī
gi. p̄ q̄ p̄cedat iste tex. quādo nō ōstat de fir
ma possessione alteri' alias p̄cedit otrariū p̄
h̄ allego bonū tex. cū ibi nō. in. c. i. de reli. do.
¶ Scda solutio q̄ otra possessore erat hic vehe
mens p̄sumptio iusticie cū ibi nō pbauerit
eā habuisse a p̄papa vel ab alio habēte in h̄
ptatem nec p̄sumptio poterat iuuare cuz de
nouo hec loca fuissent ad fidē ouersa 7 sic ta
lis possessio n̄ releuat. c. di. otra morē. Et nō
hāc so. ex qua ihero q̄ spiritualia iuste nō pos
sident' eo qz possident' v̄n nūo' possessor p̄t p̄
iudicē molestari. v̄l si ē p̄sumptio iusticie cō
tra eū. nisi doceat de p̄prietate facit. c. ordina
ri. de offi. ordi. li. vi. 7 qd nō. gl. in regula bñ
ficiū de re. iuris li. vi. sec' est in alijs reb' pro
phanis. qz in illis iuste q̄s possidet. nec tene
tur tradere possessionē nisi probanti p̄prietate
tem dicta. l. si. **¶** Rōnem diuerſitatis puta hāc
tēporalia vacātia liz sine alicui' iūria 7 pec
cato occupare. qz qd in nullius bonis ē hoc
nālī rōne occupati ocedit insti. de rez diuisi
fere igit' 7. i. di. ius nāle. p̄sumit ei res illius
qui eā possidet. nisi ab alio doceatur otrari
um. **¶** S̄z spiritualia nō possunt occupari licz
vacātia h̄ dūt h̄ri a vicario xp̄i v̄l alio depu
tato ab eo seu auctoritate canonis vt nōnter
dicit h̄ Inno. in si. facit qd nō. in. c. cōquerēte
de offi. ordi. 7 qd dixi in. c. olim. de resti. spo.
merito hic recurrūt ad libros antiq̄s. 7. c. **¶**
Tercia so. q̄ qlibet ep̄us hic occupauerat in
q̄tum poterat 7 ōstabat de occupatiōe. 7 iō
p̄papa mādat questionē decidi vt in tex. **¶**
Ultimo op. q̄ nō poterat ex illo eē ōtentio h̄
de finib' quia diocefes fuerūt limitate 7 eti
am prouicie longe ante aduentū xp̄i 7 s̄m tra
ditiōne gentiliū 7 collatiōne suoz p̄sidentū
apli postmodū ōstituerūt p̄mates Archiep̄s
copos. xcix. di. c. i. 7 lxxx. di. c. i. 7 xij. q. i. c. i. **¶**
Ex dictis doc. colligo q̄tuor solutiōes. p̄ma
q̄ l̄z apostoli ordinauerūt in q̄b' locis eēt
ep̄i. n̄ tñ distinxerūt ep̄atuū fines fm Inno.
v̄n fm hosti. vn' ep̄us excōicabat 7 sepe ali'
absoluebat 7 sic exercebant oēs iurisdiōez i
solidū. scit qd nō. i. c. cū sit rōna. de appella. liz
hec so. fit v̄a in se iñ tñ nō placet quo ad tex.
n̄m qz hic p̄supponebat diuisio antiq̄tus
facta cū de ea mandet iquiri. **¶** Secūda so. eti
am Inno. q̄ licz apostoli aliqua diuiserūt n̄
tñ oia quāsi dicat forte ista erat de illis que

hondū fuerūt diuise. Tercia so. q̄ lz olim fue
rit facta diuīso tñ p̄cessu t̄p̄is potuit mutari
7 offuscari. sepe enī tractu t̄p̄is mutat 7 poi
tur seu ignorat rei 7 loci origo. xij. q. ij. lon
ginq̄tate. ff. vi. regū. in finalib⁹ 7 in. c. ex lris
s. e. 7 hec bona 7 da. Quarta so. ad idē tēdit
7 ē etiāz vera vt p̄pter multas varietates q̄
q̄tidie fiūt. potuit insurgere ista dubitatio.
Nam p̄pter delictū populi priuat̄ ciuitas di
gnitate ep̄ali. xxv. q. ij. ita nos. ¶ Item sepe
duo ep̄atus p̄ papā vniūt 7 vna ecclia sepe
erigit̄ in cathedrālē 7 dat̄ sibi noua diocef̄.
Ex his 7 mltis silibus p̄t̄ oriri cōfusio li
mitū q̄ d̄z determinari p̄ ea q̄ h̄nt hic. 7 ad. c.
plures. xvi. q. i. qd̄ v̄r aliū modū p̄figē i dif
finitōe h⁹ q̄ōnis mltipliciter r̄ndēt doct̄. plz
in illa vt ista d̄spositō addat̄ ad illā 7 sic sūt
duo remedia successiua. nō sūt h̄ alia. Ni.

Quasam Casus p̄nt re/
probari matro
ne p̄ quas virginitas probatur.
H̄ dicit cōmunis diuīso. z. ibi mā
dam. ¶ Nō. ex prin. ibi 7 g. puellā. 7c. q̄ cuz
agit̄ ostra monachū vel monachā 7 reuocat̄
in dubiū de ip̄ius ingressu accipiendo ē libell⁹
in p̄sonā ip̄ius mōchi 7 nō monasterij vt hic
p̄bat̄ aperte. Quid aut̄ vbi nō reuocat̄ i du
biū ingressus. h̄ agit̄ rōne ostra vel delicti p̄
inīti vel omissi vt le. 7 nō. in auc. cām que sic
cū monacho. 7 aliq̄d tetigi in. c. in p̄ntia. s. e.
¶ Nō. z. q̄ publicatio attestatiōnuz nō ipe
dit̄ i cā m̄rimonialī p̄duciōne nouoz testiu
etiāz tēdat̄ in p̄iudiciū m̄rimoni sp̄ialis h̄
enī sit nō tñ in fauorē m̄rimoni carnalis q̄
tum vt euitet̄ peccatū iminēs in dissolutiōe
līmi m̄rimoni. d̄ quo dic vt plenissime dixi
in. c. iurauit. s. e. ¶ Vel nō sic fm̄ aliū intel
lectū que do ad istū intellectū nō ponēdo ali
quā specialitatē in m̄rimonio. q̄ vbiq̄z cā
ē decidēda p̄ iudiciū p̄itoz ita q̄ testes n̄ pos
sūt deponere de veritate h̄ de credulitate f̄z
p̄tiam artis p̄nt testes p̄tiores publicatiōe
p̄ioz nō obstante recipi. q̄a p̄mī de facili po
tuerūt decipi pro hoc rō tex. ibi sepe manus
fallit. 7c. q̄ posset p̄cedere quādo recipiūt v̄l
iudicis officio vt hic vel ad p̄tis inq̄tiam
cui nil possit imputari quare illos p̄us nō p̄
durit ar. c. fi. qui. ma. accu. pos. 7 vid̄ oīo que
dixi i. c. p̄posuisti. s. e. ¶ Nō p̄uados i testes
sup̄ p̄tia artis eoz posse tanq̄ criminosos et
inhonestos reprobari 7 nō. ibi honestas pro
uidas 7 prudētes. 7c. q̄les dēnt eē p̄ti i arte
vt eoz testimoniū sit in omni pte validū. nō
enī sufficit sola p̄tita h̄ etiā honestas requi
rit̄ ad h̄. l. mḡros studioz. E. de p̄fes. 7 medi.
li. x. ¶ Nō vltimo q̄ virginitas d̄r h̄re priuile
giū. i. p̄rogatiuā 7 dignitatē specialē quam

paucissimi h̄nt. cuz vt ait Gregorius pauci
sine vicio 7 incōtinētia repiunt. l. di. q̄a tua
multiq̄ h̄nt corp̄is integritatē. h̄ nō ip̄az v̄/
tutē 7 ginitatis. qd̄ declara vt nō. in. c. n̄ cuz
p̄idē. de renūd. in glo. in v̄bo virtutū 7 facit
quod le. 7 nō. in. c. nec solo. xxxij. q. v. Insup
p̄t̄ hic nōri vnū bonū didū q̄ in cā i qua ex
uberat iudic. officij p̄t̄ etiā iudex pte non
exclusa testes ex officio suo p̄uocare vt pro
bat̄ tex. ibi curretis. 7c. Et sentit̄ Jo. an. hic su
per isto v̄bo curretis 7 facit qd̄ h̄t̄ in. c. cōsti
tutus. 7. c. oblate. de apel. 7 qd̄ nō. in. l. iij. s.
hoc aut̄ iudiciū. de dam. infec. ¶ Op. 7 v̄r q̄
hic ante oia mulier erat marito restituenda
vt in. c. ex trāsmilla. 7. c. ex cōquestione. de re
sti. spo. So. glo. i. q̄ hic ista fatebat̄ se virgine
7 monachā v̄n̄ si erat v̄go tenuit monacha
tus 7 p̄sequēs n̄ d̄z restitui. de ouer. diu gl.
c. ij. 7. c. ex publico. 7 pendēte isto dubio n̄ d̄z
restituī ne corruperet̄ ab eo. ¶ Nō. 7 ponde
ra glo. q̄ sentit̄ q̄ cessante cā monachatus sit
mulier restituēda marito. lz nōduz ab eo co
gnita fuerit. Jo. an. v̄r sentire otrariū p̄ illd̄
c. ex trāsmilla. q̄ vt ibi p̄z nō h̄t̄ h̄ cām possel
sio sine copula et dicit̄ addendū qd̄ dixit̄ i. c.
vudum de ouer. diu gl. 7 sic simpliciter trāsit̄
hic do. an. ¶ Sz tu dic q̄ si habuit possessio
nez diugis sine copula fiet restitutio q̄ ad ce
tera dempta copula si timeat̄ de corruptōne
nec possit sufficiēter p̄ cautōez p̄uideri vt p̄
batur in. c. litteras. de resti. spo. Sz in isto ca
su nō fiet quia allegādo ingressū religionis
negat̄ spoliatiōez. 7 sic ante restitutiōez d̄z si
niri qd̄ put̄ d̄r h̄. 7 de mā vide qd̄ plene dixi
i. c. ex pte. de resti. spo. ¶ Quero ad qd̄ vo
lebat̄ iste iducere testes ostra m̄lieres p̄us p̄
ductas ad p̄bandū v̄ginitatē glo. ij. Rndet̄
q̄ volebat̄ eas repellere a testionio tanq̄ cri
minosas. 7c. Et nō bene gl. q̄les dēnt eē testes
qui assumūt̄ rōne p̄tite 7 dixi sup̄ tex. vel fm̄
Inno. dic q̄ forte volebat̄ eas probare fuisse
corruptas vel volebat̄ ostra eas iducere ali
as m̄ronas honestiores et plures asserētes
o' otrariū q̄bus stādū ē in. c. in n̄ra. i. c. p̄rio.
etiā q̄ si nō sint plures dūmō sint p̄tiores p̄
ualent̄ didis alioz licet pluriū ar. d. c. in. no
stra. 7 tetigi in. c. p̄posuisti. s. eo. ¶ Glo. vltia
inter cetera colligit̄ ar. ex tex. q̄ in cā m̄rimo
niali a p̄tis attestatiōib⁹ alij testes recipi pos
sūt ostra quod op. de. c. iurauit. s. eo. dic plene
ad otrariū illi. c. vt ibi dixi. 7 dic h̄ eē veris
simū in se volēdo ponē sp̄alitātē i m̄rio. Sz
aliq̄ volētes h̄ ponē aquā sp̄alitātē vt Hoff.
dicunt q̄ hic loquit̄ de quadā speciali extra
ordinē probatione in qua ratio legis de per
cūdatione attestatiōnis 7 ne aliquid̄ adda
tur minuatur v̄l corrigatur locū non habet

fm eā. vñ dicebat hic **W**incl. q̄ reiterat pro
 batio hic. vt euigilet bonū oñideratōis. **J**ōē
 in aspectione instrum̄toꝝ. **E.** de fi. instr. l. vl.
 et in aspectione finū. ff. si. regun. si irruptioe
 q̄ ad officiū. quasi velint isti dicere q̄ hic n̄ ē
 timor de subornatione quia non habet alia
 facere. nisi diligēter insp̄icere et referre. **E**z cer
 te hec ratio nō mihi satisfaciāt quia videns
 se succūbere in causa posset corrupere testes
 vt r̄ferat se diligēter exāisse et repperisse illā
 corruptā vel ḡginē fm appetitū corrupentis.
 dico ergo q̄ aut ē sp̄ale vt in glo. aut p̄cedit
 quādo cā deciditur iudicio p̄toꝝ quia defa
 cili p̄nt decipi vt in tex. et sup eo dixi. **A**ut p̄
 cedat ex officio iudic. vt s̄. dixi in quo cessat
 sbornationis timor vt nō. in. c. venerabili. et
 c. cū clamor. r̄. ti. pri. **A**ut loquit nō facta ad
 huc publicatione alioꝝ testiu. **N**ā p̄nt testes
 q̄nq̄ reprobari nō publicat. eoz dīct. vt. c. li
 cet. s̄. eo. et nō. plene in. c. ex parte a de de testi
 et sic multipliciter in hoc pōt itelligi iste tex.

Ultimo glo. querit que sūt p̄uilegia vir
 ginitatis et colligit multa et inter cetera dīc
 quia virginitas ē sola que potens est deo ai
 mas p̄ntare in auct. de leno. r̄. c. **N**ō intelligat
 glo. q̄ alie virtutes h̄ nō possint et sic q̄ p̄ ḡbū
 sola h̄eat excludere alias virtutes. q̄ male dī
 ceret p. c. firmiter. s̄. si. s̄. d̄ sum. tri. vbi d̄r q̄ n̄
 solū ḡgines et ḡtinētes h̄ etiā d̄ugati possūt
 ḡtuose viuēdo vitā eternā adquirere. **E**z in
 tellige q̄ illa sola p̄ se est sufficiens sine opib̄
 aliaz virtutuz. nō tñ intelligas q̄ sit alias vi
 ciosus h̄ qd̄ etiā h̄ret alias virtutes accessorie
 tñ. licet nō p̄ncipaliter. **N**ā impossibile ē h̄re
 vnā virtutē sine alijs ita inuicēz sūt colliga
 te vt in. d. c. nisi cū p̄uile. cū glo. p̄alle. et facit
 xxxij. q. ij. cū reñciat. et. c. defleat peccator. d̄ re
 iur. **U**ltimo dicit gl. q̄ solū virgines habēt lau
 reolam. dicit hic **H**osti. q̄ etiā martires et p̄
 dicatores habebūt laureolā vñ dicit q̄ bea
 tus **J**o. baptista habuit triplicē laureolam.
 fuit ḡgo p̄dicator et martir. ideo d̄r in hym
 no ipsius. ferta ter denis r̄. et dicit **J**o. an. q̄
 laureola est q̄dam splendor p̄cipuus qui p̄d̄
 atis ofertur quo ab alijs sanctis distinguūt
 et d̄r laureolā ab arbore lauro que nūq̄ viri
 vitatē deponit et olim victores coronabant
 ea cū laude. **E**st enī h̄ laureola corona laud̄.
 dicit etiā q̄ pōt nūcupari laureola et dicit ab
 auro derivatiue p̄pter ipsius splendorē. **U**lti
 mo ex glo. quero qualr̄ defendet se hec mu
 lier ex q̄ dicebat se monachā dicit goff. et ho
 sti. q̄ cuz ista mulier sit in possessione mōcha
 et defendet lite p̄dente p̄ iudicū monasterij. et
 habebit exp̄sas a mōsterio cū nō videat ha
 bere p̄p̄riū de actu. c. ex pte. et. c. olim. et si appa
 rebit ḡgnita educaet de mōsterio cū reb̄ eā se

quētib̄ nō cū his quas sepatim obtulit. sc̄it
 fm **J**o. an. qd̄ nō. de cle. cōingl. qd̄ a te. et in. c.
 lz. de regu. et sic etiā trāsit. **B**u. et **J**no. uiden
 tur ergo isti velle q̄ viciato ingressu nō reuo
 cant bona collata monasterio sepatim ab in
 gressu. h̄ tñ illa q̄ trāseūt in monasteriū acces
 sorie ad p̄sonā. **T**u ḡo dīc meli⁹ licet gl. i auct̄
 ingressi. **E.** de sa. san. ec. et in corpore. vnde su
 mit et in auct. de mō. s̄. illd̄. sentiat id quod hic
Hoff. et **H**osti. **B**ar. tñ aliud in dīctā auct̄. in
 gressi. vnde distingue post euz sic. q̄ q̄nq̄ q̄s
 obtulit se nec aliquā mentionē fecit de bonis
 ita q̄ bona trāseūt accessorie ad p̄sonā iuxta
 nō. i auct̄. i gressi. **E.** de sa. sanc. ec. et in. c. in p̄
 tia. s̄. eo. et tñ fm oēs viciato exp̄sso sc̄z igres
 su viciat tacite bonoz trāstus. q̄nq̄ q̄s ob
 tulit se et expresse etiā obtulit sua et tñ sb̄d̄stin
 gue. **A**ut credebat igressuz tenē **A**ut sciebat
 nō tenere. p̄ cāu bona recuperat licz expresse
 collata q̄ p̄bat **B**ar. p̄mo p. l. si p̄. et. l. n̄. ap̄d
E. de here. insti. vbi si aliq̄s credit aliquē fra
 trē vel filiū et hac otemplatōe relinqt̄ sibi bo
 na sua. repto strario illa bona auferunt ab
 eo cui fuerat p̄ errozē relicta. et veniūt ad suc
 cedētes ab intestato et de hoc vltimo est tex.
 notabilis in d. l. nec apud. **A**d idē p̄ p̄mo dī
 cō adduco. l. si. ff. de here. insti. sc̄it xvij. q. iij.
 in. c. si. adducit etiā bar. l. nō oēs. ff. si cer. pe.
 vbi si q̄s donauit et tradidit hora mortis. do
 nat. reuocat oualescētia supueniēte ita in p̄
 posito iste qui intrauit religionē v̄r donasse
 cā mortis. mūdane cuz sit mortuus mūdo. l.
 deo nobis. **E.** de epi. et cle. et. c. placuit. xvij. q. i
 cū ergo nō sit mortuus d̄z posse reuocare. ad
 idē. ff. et. **E.** de vdi. ob. cā. da. et cā nō secu. p̄ to
 tū et hac opi. exp̄sse sentit glo. in d. c. qd̄ a te.
 hec opi. mihi plz q̄n ex d̄icturis apparz q̄ rō
 ne igressus illa bona obtulerit vt puta. q̄ tē
 pore igressus dedit oia sua n̄ enī ē p̄sumptio
 q̄ dedisset oia sua vel maiorē ptem sine se ar.
 illi. c. si. xvij. q. iij. et de reñci. c. sup hoc. v̄l si
 militer si nō dedit oia vel maiorē pte aliqua
 exp̄ssit ex q̄bus apparz de tacita itentiōe sua
 ar. l. licz. ff. de le. i. vel. dedit in ip̄o p̄uile igres
 sus. **S**ec̄ aut̄ vbi ex interuallo aliqua do
 nasset vel alijs d̄icturis p̄sumi pōt q̄ nō cā
 igressus donauerit. q̄ p̄fecta donatō n̄ reuo
 cat in. c. si. de donac. et. **E.** de donac. q̄ s̄ mō
 fuit. l. p̄fecta donatio. **U**ltimo casu q̄n sciebat in
 gressu nō tenere nō reuocat fm bar. et bñ. q̄a
 v̄r libere donasse ar. l. ei. p̄ errozē. ff. d̄. re. iur.
 et. l. cāpan. ff. de ope. li. cessat enī hoc casu dī
 cō p̄sumptio q̄ fecerit cā ingressus. r̄. d̄. d̄.

Quam bone **E**a. **A**da
 etia litis. or
 dinaria sc̄a corā p̄mis iudicibus
 fide faciūt coram sc̄dis. h. d. **E**t de

eodē factō de arbi. cū tempē p̄rie n̄ diuidit
 ponit enī cuiusdā omissionis formā bimēbrē
 ⁊ 2^m mēbrē ibi aliquādo. ¶ Nō p̄ singularit̄
 istū ter. p̄ consuetudinē q̄dam iudicūz marie
 rectorū ⁊ ptatū aliquoz locoz qui finito offi
 cio retinēt apud se originalia actorūz seu ge
 storū tpe officij. extrariū tñ inuit ter. i. c. qm̄. s.
 e. debēt enī remanere apud scriptozes vt ibi
 vide oīno que dixi Jo. an. ibi intelligit q̄ de
 factō poti⁹ q̄ de iure remāserunt hic apud iu
 dices. Et fm̄ hoc collige aliud notabile sic.

¶ Nō q̄ lz acta originalia deānt remanē apd
 nōriū cāe tñ si repiant de factō apud iudicēz
 etiā finita iurisdictōe nō p̄ heoz fides vacil
 lat vt h̄ qd̄ tene mētī. ¶ Nō 2^o. ⁊ tene sp̄ mētī
 q̄ adis p̄ditis nō p̄sumit p̄ attestatōe licit̄ vl
 alijs actis ordinatoz vel decisuis n̄ alit̄
 pbent̄ iteruenisse pura p̄ testes vel p̄tū ofes
 siones. Ex h̄ ⁊ ex ter. nō. vnū singulare q̄ lz
 acta substantialia iudicij nō dependēt a p̄tū
 um assensu vt illa possint obmittere vl̄ nulla
 ratificare de lid. ot. c. vno. de eled. ondū el. n.
 nemo pōt cū ibi nō. ff. de le. i. qd̄ nō. Inno. in
 c. causa. j. ti. primo. ¶ Si tñ dubitat an ista i
 teruenerint vel p̄ditis actis originalib⁹ vel
 alio mō stat̄ ipsaz p̄tūz ofessione vt h̄ singu
 lariter pbat. Et sic habes cāuz singlarē in q̄
 sup̄ nō dependētib⁹ a mera facultate p̄tūm
 stat̄ ipsaz p̄tūz ofessione extra. c. sup̄ eo. de eo
 q̄ agno. oflag. vt. sue. S3 dic̄ h̄ ottingē. qz tra
 ctabat h̄ de modico vl̄ nullo p̄iudicio. nec v̄
 minebat padū cū alterutro cāu. acta hō n̄ s̄
 stātia p̄nt p̄tes cōi assensu ratificare vt in
 c. cū cāz. p̄all. ⁊ ibi Inno. vide tñ vnū ex q̄stū
 modū ratificādi oīa acta ed. n̄sa p̄ gl. ⁊ bar.
 in. l. mutari. ff. de pecu. vt si dicat libellum de
 nouo p̄duco positōes capitula testiū depōsi
 tōes ⁊c. ⁊ reul̄ eodē ordine r̄ndeat qd̄ an sic
 vez alias examināui. ¶ Venio ad glo. ⁊ p̄
 mo colligit q̄ acta originalia dñt semp̄ rema
 nere apd̄ iudicē siue scriptozē. ⁊c. ¶ Nō bene
 glo. dū loq̄tur alternatiē sentit enī q̄. c. qm̄. s.
 c. sup̄leat p̄ istud. vt sic n̄ solū apd̄ scriptozes
 vt ibi h̄ etiā apud iudicē vt hic remanē dñt
 dic̄ vt s̄. dixi ⁊ vide in dicto. c. qm̄. vbi pleni⁹

z^o. colligit q̄ attestatōnes in vno iudicio
 recepte fidē faciunt corā alijs. Aduerte hoc
 iōstinde vez si instātia nō ē adhuc pempta
 qd̄ aut̄ pempta instātia vide plene q̄ diceret̄ i
 c. cāz. j. e. ⁊ p̄ bar. in. l. cūz lite mortua. ⁊. l. cum
 apd̄. ff. iudi. sol. dicit tñ hosti. h̄ p̄bari q̄ istā
 tia litis nō perit cursu triēn̄ cū hec lis fue
 rit inchoata tpe Celestini ⁊ p̄ Inno. om̄issa
 cui postea successit honori⁹ q̄ plus vl̄tra triē
 niūz vixit ⁊ mō erat corā Gregorio. Tu plē
 de h̄ vide qd̄ dixi in. c. pe. s̄. de iudi. an autez
 faciāt fidē acta adhuc nō publicata vide qd̄

plene dicit in. c. cām. alie gl. sūt faciles. ¶ Et
 gl. q̄o pone. alicui mādat vt faciat sibi exhi
 beri p̄cessū alic⁹ cāe. nūq̄d̄ extra tale rescriptū
 possit de surreptōe obnci puta q̄ h̄ fuit alteri
 om̄issuz de q̄ nō ē facta mētio in scdo. Inno.
 ⁊ hosti. q̄ sic de rescrip. ceterz. n̄ p̄ appellatōez
 vel alio mō ad sup̄iorē fuissz cā deuoluta. qz
 tunc v3 de offi. dele. pastoralis. s̄. p̄terea. vel
 si p̄tes fuissent absolute a p̄mo iudice ab ob
 seruatōe iudicij. C. de iudi. l. p̄perandum. Et
 nō. h̄ vltimū. vel aliter expirasset iurisdictō p̄
 mi iudicis ⁊ hec sufficiūt. Ni. Abba.

De testib⁹ ⁊ attestatōibus Rica.

Rubrice hui⁹ otinuatō patet ex otinuatōe
 facta in precedentē ti. vel magis specificē cō
 tinuatō ad Ricam primam precedentē otī
 nuat sic. Sup̄ v̄luz ē de p̄batōibus in gñe
 merito vt mā magis claresceret s̄ncit de spe
 ciebus p̄batōnū. plures enī sūt ip̄ius species.
 Nā qñqz pbat p̄ testes. qñqz p̄ instra. p̄ plū
 ptōes ⁊ p̄ iusuradū iō de his om̄ib⁹ tractat
 in septibus. ⁊ qz p̄batō q̄ fit p̄ testes est effi
 caciōz alijs cuz fiat v̄na voce. j. de si. instru.
 cū Jo. ibi nōd. iō p̄mittit tractatū de testib⁹ ⁊
 postea s̄mittit de alijs sp̄ibus. ¶ S3 pro de
 claratōe Rica q̄rit de duob⁹. p̄ querit q̄re di
 cit de testibus in plali cū i. C. ⁊. ff. solū sit mē
 tio in singulari. z^o quare s̄ncit de attestatōi
 bus cum sufficiebat dixisse de testibus sicut
 fit i. C. ⁊. ff. Ad p̄mum dicit Jo. an. h̄ esse de
 arbitrarijs que dependēt a p̄ncipū volunta
 te de quibus nō tenemur rōez reddere. l. nō
 om̄niū. ff. de legi. nō. in. c. si quādo. de rescrip.
 vel pōt alic̄ fm̄ eū q̄ iō dixit i plurali. q̄a re
 gulariter in qualibet cā duo testes requirū
 tur. j. eo. licet. i. ⁊. n. ⁊. c. veniens. cū multis si
 milibus. p̄mum tñ plus sibi plz qd̄ v̄ p̄bari
 p̄ Ricas sequētes i q̄bus d̄ i plurali. ⁊ tñ n̄
 req̄runtur plura vt p̄z de si. instru. de p̄sūp.
 ⁊ s̄. de procu. vbi dicit i plurali. ⁊ tñ sufficit
 vnus p̄curator i iudicō. Ego tñ puto q̄ iō
 dixit i plurali. qz i nigro tractat q̄ testes re
 q̄rantur qualiter p̄ualeāt alijs q̄liter re p̄
 bent. ⁊c. vnde fere totus tractat⁹ est i plurali

z^m. quare dixit de attestatōibus remittit
 Jo. an. ad nō. per eū sup̄ Rica de homi. in z^o.
 obiectōez. soluit q̄ tractatus attestatōnum
 est p̄ se. de quibus tractat specificē aliq̄ iura
 vt in. c. in cāis. c. presentū. c. cū cām. cū m̄tis
 similibus ⁊ h̄ plz. Tractaturus enī auctor d̄
 testibus ⁊ p̄sonis eoz ⁊ numerū req̄sitio. ⁊c.
 ac de ipsoz depōsitōibus seu d̄cis ne hr̄ent
 māz geminādi Ricā s̄ncit hic de attestatōi
 bus. Et nō. qd̄ dicitū testis appellat attestatō
 qñqz depōsitio. dicto. c. cū cām.